



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

325 Clausula permutationibus inseri solita per Pontifecem iuxta Regul.
Cancell.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

tanti facta, vel altero permutationem non implente, quàm si semel vtrinq; permutatio fuerit impleta quæ postea propter euictum aliunde beneficium alterum reddatur infructuosa compermutanti. Iuari nonnullis videtur hæc sententia per illam Cancellariæ Regulam quæ permutationibus beneficalibus hanc vult inseri clausulam, *Quod neutri permutantium ius acquiratur nisi quilibet ipsorum ius habeat in beneficio per ipsum resignato.* quod & antiquus eiusdem Regulæ Glossographus adnotatum reliquit. nam si beneficium ex causa permutationis acceptum euincatur, nihil in eo Iuris habuisse videtur is qui resignauerat, & per consequens neque ius aliquod acquisiuisse in altero beneficio quod vicissim pro suo recepit. Sed ista ratio parum videtur habere momenti, cum in pari causa non iuris, melior sit conditio possidentis; quandoquidem nec is qui beneficium verè suū resignauit semel, ius dominij vel proprietatis in eo poterit amplius habere, modò pura fuerit permutatio. Verùm nos hæctenus in permutationibus omnibus conditionalē defendebamus esse resignationē, conditionalē vacationem, conditionalē collationem, conditionalia deniq; omnia. Quam tamen defensionem nostrā, potius in vtramq; partem disputandi, quàm seriò resoluēdi gratia factam videri volumus. Etenim post argumenta partis vtriusque ad apices iuris reuocata, cōformius esse videtur subtilitatibus iuris, ac etiam verius, omnem permutationem siue

bene-

325
Clausula per
mutationi-
bus inseri so-
lita per Pont.
iuxta Regu-
lam Cancell.

326
Cōditionales
non esse per-
mutationes
beneficiorū,
sed sub mo-
do; id eōq; no-
uam requiri
collationem.